



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Qvadragesima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- munus. *ibid.*
- 4 Iurent initio officii, & in Synodo Dięcesana, leđis prius Tabellis errorum statutis. *Prou. 4.*
 - 5 Trimestre sit eorum officium, nisi prorogetur. *ibid.*
 - 6 Singulis diebus, si opus est, post officium diuinum errata singula exponantur à punctatore, ut praefectus diuidet, nisi aliud Episcopo videatur citca hunc motem. *ibid.*
 - 7 Singulis Hebdomadis duo primi coferant inter se, quæ notarint, & concordent. *Prou. 1.*
 - 8 Si discordent, Episcopus, aut Vicarius sine forma iudicij componat. *ibid.*
 - 9 In fine anni fiat computatio coram Deputatis à Capitulo. *Prou. 3:*
 - 10 Si aliquem iniuria notarint, vel notandum pratermisserint, satisfaciant de suo, & integras vnius hebdomadae amittant distributiones. *Prou. 1.*
 - 11 Custodianter libri punctuationem, & singulis mensibus Episcopo, & Capitulo, si videbitur, exhibeantur. *ibid.*

A D D I T I O .

Potest Episcopus cogere Canonicos ad iuramentum de punctando si deliter in choio. *Congr. conc. 17. Marty. 1619. apud Barbos de canon.*

Quadragesima.

- 1 IN Dominica Quadragesimæ publicetur Decretum requens.
- 2 Qui post medianam noctem, quæ diem quadragesimæ procedit, cibis vescitur prohibitus, aut personatus incedit, puniatur, arbitrio Episcopi, pena interdicti. *Prou. 7.*
- 3 Signum autem media noctis exactæ maiori campana detur. *ibid.*
- 4 In prima Dominica Quadragesimæ publicentur excommunicationes omnes à sacris Canonibus impositæ, & in Bulla cœnar præsertim, & quæ Episcopo sunt reseruatae summatum. *Pro. 3.*
- 5 Parochi initio Quadragesimæ conuent populos, & agant, ut concilientur dissidentes, concubinarii reuocentur, aberrantes reducantur. *Prou. 5.*

- 6 Excitentur populi ad seueriorē morum disciplinam in vestibus, colloquisi, operibus penitibus, separatio ne thori, venationibus, delicij, & conuiuiis. *ibid.*
 - 7 Dedant se orationi, eleemosynis, frequentiori sacramentorum usui, octauo quoque die. *ibid.*
 - 8 Mane à forensibus iudiciis abstineat. *Prou. 4.*
 - 9 Concionis tempore officinae ne pa teant. *Prou. 5.*
 - 10 Qui cibis vetitis vescuntur, ne publicè comedant, etiam à suis separatim. *Prou. 2.*
 - 11 Ne cibi vetiti venales proponantur, sed certis tantum constitutis locis. *Prou. 5.*
 - 12 Neque tabernatum, valuis omnino patentibus, neque in foro, neque in via publica. *ibid.*
 - 13 Nec nisi ab iis, qui vendendi facultatem habent, & in scriptis ab Episc. ibi.
 - 14 Neque omnis carnis genus, nisi quod est vicius ægrotis. *ibid.*
 - 15 Neque omnibus, nisi scripto emendi facultatem habentibus, quæ facultas cestet, causa cessante. *ibid.*
 - 16 Facultas detur per dies decem, & iterum, & deinceps. *ibid.*
 - 17 Cauponæ, Tabernarii ne dent cibos vetitos, nisi nominatos in licetia scripta neque viatoriibus quibuscumq; *ibid.*
 - 18 Neque patientur aliunde coctos appor tati. *ibid.*
 - 19 Peccata infligantur grauissime violatoribus. *ibid.*
- V. *Benedictio num. 14. Excommunicatio n. 34. Peccatis num. 9.*

Quæstores.

- 1 **Q**uestores iij sunt, qui quæstum sibi reficiunt. *Bald. apud Barbos. alleg. 109. num. 6.*
- 2 Regulares quæstuantates extra loca, vbi habent monasteria, tenentur ostendere Episcopo loci licentiam suorum superiorum. *decisum refert Barb. na. 8.*
- 3 Laici non possunt querere eleemosynas pro aliqua causa, nisi cognita per Episcopum Barb. *ibid. nn. 9.*
- 4 Omnes Indulgientiae quæstuariae reuocatae sunt à Pio V. refert Barb. *nn. 12.*

M 2 5 Pra-